

olevit — ad dictos fratres et sorores de penitencia extendi non posse nec debere nec eiusdem constitutionis pretextu eosdem fratres et sorores de penitencia fore ad dimittendum habitum atque statum huiusmodi regule ipsorum aliquantulum coartandos, dictosque fratres Minores ex eo, quod eisdem fratribus et sororibus de penitencia communicaverunt et communicant et eos receperunt et recipiunt ad divina, virtute dicte constitutionis excommunicationis sententiam minime contraxisse; iniungentes vobis, quatenus memoratos fratres et sorores de tercio ordine prelibato ad divina admittatis officia et eis in vita et in morte sicut aliis Christi fidelibus ministretis ecclesiastica sacramenta, nec easdem personas tercii ordinis vel fratres Minores seu quosvis alios occasione premissa nullatenus molestetis nec permittatis ab aliis quomodolibet molestari contra predictarum apostolicarum continenciam litterarum, nisi contingeret per sedem apostolicam aliud ordinari. Ut autem nulla dubitacio, sed certitudo circa statum, habitum, ac regulam tercii ordinis prelibati in posterum habeatur, transscriptum eorundem de verbo ad verbum collacione habita diligenti cum originalibus ad locum publicum, videlicet in consistorio curie nostre reponi fecimus, ubi copia fiet eorundem cuilibet postulanti. Et hoc ideo, ut inspectis et consideratis diligenter contentis in eadem regula discerni valeat, ad que fratres et sorores de penitencia tercii ordinis prescripti finaliter sint astricti. Quam etiam regulam per nos publicari mandamus iuxta ipsius continenciam et tenorem. Datum XIII^o kln. Iulii anno domini M^o CCC^o XVIII^o.

10

Urban V. befiehlt den Bischöfen Johann II. von Straßburg und Johannes Schadland von Hildesheim, die Dominikaner Ludwig de Caliga, Heinrich de Agro, Walter Kerlinger, Johannes de Moneta oder andere geeignete Männer dieses Ordens in den Erzdiözesen Mainz, Trier, Köln, Salzburg, Bremen, Magdeburg, Riga und den Diözesen Kammin, Bamberg, Basel als Ketzerinquisitoren einzusetzen.

Avignon, 1364 Oktober 11

Editionen: —

Regest: Paul Kehr — Gustav Schmidt, Päpstliche Urkunden und Regesten aus den Jahren 1353—1378, die Gebiete der heutigen Provinz Sachsen und deren Umlande betreffend (Geschichtsquellen der Provinz Sachsen und angrenzender Gebiete 22, 1889) S. 173 f. Nr. 632.

Überlieferung: Reg. Vat. 251 fol. 342^v—343^r (= V).

Zur Sache vgl. oben S. 112, zum historischen Kontext und den im Schreiben genannten Personen zuletzt Lerner S. 131 ff. — Die Überlieferung des Schreibens